



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

Meglinger, Joseph

[S.l.], Anno MDCLXXXIII.

5. Novembris. 8. Idus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45314

ratis partem esse vel societatem in sorte sanctorum.



5. Novembris. 8. Idus.

Obijt
anno
1114.

B. U D A R D E Episcopo Brechinensis in Scotia. Produxit te in publicum ex Cuprunensi Cisterciensium monasterio tum sæpe ex suggestu cum plurium admiratione audita facundia, tum vita doctrinæ, quam tradebas, conformis: quâ utrâque dote, velut rutilantibus gemmis tiaram Pontificiam condecorasti usque ad maturam cælo ætatem. *Quàm improvidi sumus mercatores, dum pretiosissimum hoc merendi tempus inter crepundias pueriles sinè fructu dilabi permittimus, dispendium hoc tota æternitate nunquam reparaturi!*

Obijt
anno
1184.

B. H A K E T E, Abbas Dunensis. Sustinebas in virilis ætatis primo flore munus Decani Brugis; de consequenda æterna salute sollicitus, sed non satis tibi videbaris securus tot implicatus rerum mundanarum negotiis. Unde ad Monasticam solitudinem cofugiens, tantum in sacra disciplina proficisti, ut noviter condendo Monasterio Thofano præpositus fueris, & post quatuor annorum felices labores ad maternam

maternam domum, clavum ibidem moderaturus, superstitite adhuc prædecessore waltero, & electionem dirigente, vocatus fueris: præsertim ex speciosa quadam animi magnitudine celebris, quam eruditio & pietas fulciebant. *Sæpe nos ipsos decipimus vano timore suscipiendi pro cælo laboris: pijs conatibus semper aspinat Deus, modò non desit promptitudo voluntatis, ad sumendum de nostris viribus experimentum.*

S. BERNARDUS, c. 10. de cont. mun.

Ad imaginem Dei facta anima rationalis cæteris omnibus occupari potest, repleri non potest. Capacem Dei quidquid Deo minus est non implebit.

Anima solo DEO impletur.



6. Novembris. 7. Idus.

B SIMON Alnensis Converse: qui *Obijt* anno ætatis 16. divina voce admonitus illud cœnobium petiisti susceptum ovium pascendarum curâ, quod difficulter ab Abbate generis nobilitatem ad sordes damnare nolente, impetrasti. Sed Moysen alterum acturus hæc *Moysi* rectè præmittebas exordia. Nocturnis *in multis* sub vigiliis suspensa in aëre columna, *tis com-* multa luce agros animùmque tuum *parabilis.* implevit: cujus deinde vices egit *col-* lis.

Qq4 lumba